



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Heripoli, 1694

Sæculum Secundum. Ab Anno 100. ad 200.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](#)



SÆCULUM SECUNDUM.

AB ANNO 100. ad 200.

§. I. Romani Pontifices.

V. **S.** ANACLETUS Græcus A-
theniensis sedere cœpit A.C.
103. die 3. April; ne Christia-
ni raperentur ad Martyria sine Eucha-
ristiæ sumptione ordinavit, ut quoti-
die communicarent sub Missæ Sacri-
ficio, Martyrio affectus A. 112. Im-
per. TRAIANI 13. die Julij. sedit 9. A.
3. Mens.

VI. S. EVARISTIUS SYRUS ex Pa-
tre Bethleemita A. 112. post *Anacle-
tum* die 13. electus Romæ divisit Pres-
byteris titulos, hoc est Ecclesiæ cultui
Divino destinatas: Diaconos 7. qui ad-
essent Episcopo prædicanti, unde *Bel-
larminus* Principium Cardinales sump-
fisse tradit in *Apol. contra Regem Angliae*.
Instituit benedictiones Neo-Conju-
gum.

AB ANNO 100. ad 200. 19

gum. TERTULL. l. 2. ad Vxorem. tandem Martyrio coronatus A.C. 121. die 26. Octob. sedit 9. A. 10. Mens.

VII. S. ALEXANDER I. ROMANUS electus A. 121. die 18. post Evaristum; constituit aquam aspersionis cū Sale benedici, & mixtionem aquę cum vino in calice Sacrificii. Ideo quod *Hermetem* Urbis Praefectum cum tota familia & præcipios Senatores ad Christum convertisset Martyrio affetus 3. Maij A.C. 132.

VIII. S. SIXTUS I. aliis Xystus, ROMANUS M. Electus A. 132. Sacra vasa tangi prohibuit, nisi à Sacris Ecclesiæ Ministris: statuit ut Corporale non fieret ex serico sed Lino contexto, non tincto. Et secundum *Genebrardum* sanxit ut in sacrificio TRISAGIONIS five TER SANCTUS diceretur ad honorem Ss. TRINITATIS. Ad Martyrium transiit 6. April: A. 142.

IX. S. TELESPHORUS GRACIUS M. Electus A. 142. Instituit ut in noctu Nativitat: Christi Missa celebretur, & eadem solennitate ter quilibet

B 2

Sacer-

Sacerdos celebrare possit. Attribuitur eidem Hymnus **GLORIA IN EXCELSIS** ad Missam cantari solitus: Item Quadragesimalis Jejunij non prima quidem Institutio, sed uniformitas speciali decreto Clericis mandata. Ut **Boron.** A. 142. 154. teste **S. Irenæo.** Martyrium subiit 5. Jan: A. 154.

X. **S. HYGINU S GRÆCUS** Atheniensis M. ex Philosopho Papa creatus & Martyrio affectus A. 158. die 11. Jan: Defensor acerrimus Ecclesiæ contra **Cerdonem & Valentinum** duos hæresiarchas. Constituit ut unus patrinus vel patrina suscipiat levatum à fonte baptissimi.

Observe poni à Nonnullis hunc Pontificem numero IX. qui error inde contingit, quod aliqui Clemum & Anacletum confundant, & Alterutrum in numero Pontificum per errorem omittant.

XI. **S. PIUS I. AQUILENSIS ITALUS** M. Electus A. 158. Decreto edito confirmat celebrationem Paschatis die Dominico. Martyrio donatus 11. Jul. A. 167.

XII. **S. ANICETUS SYRIUS M. ELECTUS** an. 167, scripsit Epistolas & decreta

AB ANNO 100. ad 200.

21

creta ad Galliæ Episcopos. Oppressit Marcionem hæreticum & Gnosticos cum meretricè Marcellina : adjutus fortiter à POLYCARPO & AEGESIPPO. instituit ut Clericus Coronam ferat. finiit vitam Martyrio. an. 175. die 17.

XIII. S. SOTER, CAMPANUS ITALUS M. Electus an. 175. de quo Eusebius lib. 4. Hist. c. 23. ita scribit *morem benefaciendi* (pauperibus scilicet, & iis qui propter fidem bonis suis exuti sunt vel captivi detinentur) *Bentus SOTER vester Episcopus non modo custodivit, sed etiam auxit.* Martyrio affectus à MARCO AURELIO an. 179. d. 22. Apr.

XIV. S. ELEUTHERIUS GRÆCUS NICOPOLITANUS M. Electus an. 179. ad quem Martyres Lugdunenses in carcere detenti *S. Ireneum* allegarunt. * Firmavit ut nulla esca usualis à Christianis repudiaretur. Martyrio affectus an. 194. die 26. Maij

XV. S. VICTOR, I. AFER, M. Electus A. 195. Concilia celebrari curavit de Paschate celebrando die Domi-

nico. Martyr factus an. 203. die 28.
julij.

§. 2. Romani Imperatores.

XIII. **T**RAJANUS Ulpianus Hispa,
nus Princeps amore magis
quam vi regnavit & auxit imperium;
in Christianos persecutionem movit,
quam (intellecto à PLINIO SECUNDO
maximo numero necatorum) decreto
terminavit. Obiit repentinâ morte
An. 119. Ætat. 63. SYMB: fuit Qualis
Rex, talis Grex.

XIV. **ÆLIUS ADRIANUS** pro-
digiosæ memoriæ, multùm literatus,
in Christianos mitis, post lectas *Ari-
stidis & Quadrati* Apologias, sed ite-
rum crudelis. Obiit A. 140. Ætat 63.
SYMB: *Non mihi sed populo.*

XV. **ANTONINUS** cognomento
Pius mitis in Christianos, *Crescentis*
autem hæretici calumniis concitatus,
sævijt, eosque ex Asia ejecit. Pro Sym-
bolo illud *SCIPIO NIS* in ore habuit:
*Malle se unum Civem servare, quam
mille hostes occidere.*

XVI.

AB ANNO 100. AD 200. 23

XVI. M. AURELIUS & XVII
LUCIUS VERUS, Hunc enim Reg-
ni Collegam assumpsit AURELIUS, qui
defensor universi & *virtutum specu-
lum* à populo acclamatus fuit. Lege
cavit ne vir uxorem adulterij accusare
posset, si ipse impudicè viveret. SYMB:
ejus: *Regni Clementia Custos.* à Medicis
instigante filio sublatus an. 59. Alter
autem L. VERUS, *Nero, Caligula, Vi-
tellius* ob vitam profusè lascivam ap-
pellatus, tandem commessationibus
fatigatus apoplexiâ mortuusest. SYM-
BOLUM ejus: *Nil obiter.*

XVIII. COMMODUS *Aurelij* filius,
scurra magis in rebus turpibus, quam
Imperator, HERCULES appellari vo-
luit ROMANI JOVIS, strangulatus est
A.C. 194. ætat. 31. SYMB: *Pedetentius
& Paulatim.*

XIX. ÆLIUS PERTINAX sic di-
ctus ob pertinacem continuatam lig-
ni negotiationem. Patre coquo natus
fuit, & primùm Professor Grammati-
cæ, deinde per singulos militiæ gra-
dus ascendit: à Prætorianis militibus

occisus A. C. 195. Act. 67. SYME: Mi-
litemus.

XX. DIDIUS JULIANUS die 66,
occiditur à militibus, à quibus emit
Imperium, & exemplo ostendit, quod
pessimè se res habet, cum id, quod viri
offici debet, tentatur pecunia. SYMB: In
pretio pretium.

XXI. SEPTIMIUS SEVERUS
de quo Senatus judicavit vel nasci vel
mori non debuisse, quia & nimis cru-
delis & nimis utilis Reipublicæ visus
est. obiit an. 214. ætat. 65. Regni 18.
Ultimum in ore habuit. *Cuncta fui, sed*
nihil mihi prodest. SYMB: laboremus.

§. 3. Concilia.

ROMANUM sub Victore de Ce-
lebratione Paschæ die Dominico
proximè sequenti vernum Æquino-
ctium.* ASIATICUM autoritate V. C-
TORIS convocatum à *Polycrate Episc.*
Ephesino, qui Pascha celebrari volebat
die 14. Primi Mensis, sive ille Domini-
cus esset sive non. Sed reprobatum à
Victore Pontif. ob metum introducen-
di

AB ANNO 100. AD 200.

25

di vel schismatis vel Judaismi à *Mon-*
tanistis & Blasto. Confirmata est re-
probatio à Concilio *Nicano I.*

§. 4. Schismata. Nulla.

§. 5. Propagationes Fidei.

India fidem edocta per *Pantanum.**
Anglia cum *Lucio* primo Regum o-
mnium Christiano per *Aristobulum,*
*Fugatum & Damianum.** Rhæti per
Lucium & Emericum ibidem Martyres
163. *Nervij & Morini* per *Ss. Fuscia-*
*num & alios.** 174. Celtæ sequani, Al-
lobroges & alij per *S. Irenaeum* ejusq;
cooperatores.

§. 6. Persecutiones Fidei.

III. **T**RAIANIAN. 100. cuius frutex
quæ sequitur HADRIANIAN. 120
IV. Principalis *Antonini* an. 140. quæ
eadem *M. Aurelij & L. Veri* an. 164
In ea Martyres *SS. Justinus, Polycarpus,*
Photinus & Blandina aliiq; Lugdu-
ni. an. 179. Propagata etiam sub C. M-
ODO, sub quo passus inter cæteros Se-
nator *Apollonius* 189.

B 5

§. 7.

§. 7. Sanctitate Clari.

S. Titus 109. S. Timotheus 109. S. Onesimus 110. S. Crescens 118. S. Eustachius cum Theopist: Conjuge & liberis. 120
 SS. Faustinus & Jovita, S. Seraphia Virgo Antiochenæ. S. Sabina nobilis Roman.
 S. Sophia cum filiabus 120. S. Praxedes 104. SS. Gervas & Protas. 169. S. Felicitas 175. S. Irenæus 180. S. Benignus Dionionensium Apostolus. SS. Ferreolus & Ferrutius Bisuntini.

§. 8. Hæretici.

S. Aturnus. Basilides. Carpocrates. Valentinus. Gnostici. Aquila & Theodotion Nazoræi. Ophitæ. Cajani. Bassus. Ptolemæus Gnosticus. Marcus. Cerdon Gnosticus. Marcionitæ. Montanistæ. Ascitæ vel Ascædrogitæ. Battalorynchitæ. Tatianitæ. Severiani. Archontici. Adamitæ. Quartadecimani. Florianus.

§. 9. Initia Regnum & Principatum.

I Mperium ab Italij ad Trajanum Hispanum transiit. Dacia, Scythia, Syria, Assyria, Mesopotamia adjunctæ Imperio. Adiabenij per Severum.

§. 11. Ini-

AB ANNO 100. AD 200

27

§. 10. *Initia Sacrorum Rituum.*

USUS publicus Aquæ benedictæ ab ~~Alexandro~~ Papa stabilitus. *
Epistolæ inter Catholicos formatæ. *
Patentes, Encyclicæ, Decretales, Pa-
storales, Synodicæ inductæ. * Ritus
velandi & consecrandi virgines sa-
eras à S. Pio I. decernitur. * Usus Cor-
poralium ex solo lino inductus. * Tres
Missæ in Nativitate Domini.

§ II. *Nova reperta & Na- tales Urbium. Vacant.*

§. 12. *Scriptores Sacri.*

Aquila. S. D. Justinus Martyr. D.
Melito. E. S. Athenagoras. S. Dion
Corinthus. D. Theophilus Antiochenus. E.
Hegesippus. Tatianus. S. D. Irenaeus E.
D. Pantanus. Tertullianus. S. Clemens
Alex. S.

§. 13. *Naturalium Discipli- narum periti.*

I. Juventius Celsus. Neratius Priscus. Ul-
pius Marcellus. Jabolenus. Domitius

B6

La-

Labeo. Volusius Metianus. Salvius Julianus. Serbidius Scævola. Vindius Verus & Ulpius. Medie. Galenus. Philos. Plutarchus. Cheronæus. Sextus Empyricus. Phavorinus Gallus. Epictetus. Arrianus. Maximus. Tyrius. Apuleius. Taurus. Numenius. Math. Ptolomæus Alexandrin. Diophantes Alexandrinus. R. Dio Prusæus Chrysostomus. Phil. Plinius Junior. Agellius. Lucianus, Athenæus, Macrobius, Julius, Pollux, Aphthonius, Philostratus, Frontinus H. Solinus, Tacitus, Suetonius, Ælius, Phlegon, Pausanias; Justinus Trogitruncator, florus, Ælianus, Appianus, Alexandrinus.

§ 14. Strategiæ prælia.

Ariemon Judæorum in Cypro rebellantium Dux ad ducenta quadraginta hominum millia obtruncat. Placidus (Postea S. Eustachius) Dux insignis. Barchochebas clarus Judæorum Dux.

§ 15. Universitates & Schole publicæ. Vacant.

§ 16. Res Memorabiles.

Fcclesia Miraculis mirifice aucta.
S. Theologia accuratius explana-
tata & pertractata Alexandriae à Pan-

1680

AB ANNO 100. AD 200.


29

anno cui successit Clemens Alexandrinus
hunc verò *Origenes*. * *Lucius Angliæ*
Rex primus omnium Regum unà cum
uxore & subditis fere universis Chri-
*stianam fidem amplectitur. * Prodit*
ab Aquila Pontico Scripturæ Sacræ fa-
cta versio, secunda ab eâ quæ facta est
à LXX. interpretibus. Cui tertia super-
additur à Theodosione.

S. 17. Signa & Eventus Tragici.

Terræ motibus quatuor urbes in Asia subversæ & duæ in Græcia.
An. C. 108. * Romæ Celeberrimum Jovis templum PANTHEON fulminis iætu diruitur 112. * Antiochia ferè tota terræ motu subversa 116. * Nicomedia terræ motu corruuit, & magna pars urbis Nicaea 123. * Nicopolis ac Cesarea simili casu corruunt. A. 131. * Seleucia Syriæ Urbs cum trecentis hominum millibus à Romanis capta 167. * Pestis eò usque longè latèque per orbem universum grassatur, ut totus Romanorum exercitus in nihilum propè reda.

10 SÆCULUM III.
redactus fit. An. 175. * Smyrna Urbs
Asiac terræ concussione obruta 182. *
Ingens per totam Italiam Pestilentia,
quæ Romam ita depopulata est , ut
diebus singulis duo corporum millia
humarentur 189.* Templū Pacis cum
magna Romæ parte & cum omnibus
spoliis templi Hierosolymitani à Ve-
spasiano ibidem repositis in cineres re-
dactum est.



SÆCULUM III.

AB ANNO 200. ad 300.

§ 1. Romani Pontifices.

XVI. **S**ZEPHYRINUS Natione
Romanus ex Patre Abun-
do Electus A. Chr. 203.
Martyrio coronatus A.C. 221. die. 26.
Aug. Ecclesiam fortiter defendit ad-
versus quatuor Imperatores quos su-
stinuit , *Septimum Severum, Antonium Caracallam, Macrinum & Antoninum, Heliogabalum.* Item contra
hæreticos *Montanistos, & Terullianū à Pro-*